PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 200r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



uel cito consumuntur ut edulia uel facile figura colore com
plexione immutantur · uel que celari ubiq; possunt · ut que
facile portantur · et paruis in locis reconduntur ¶ Item ea quoꝝ
similia multa iniurians possidebat · et que perpessum dicere pu
det · ut uxorum adulteria · contumeliasq; sui uel liberorum · et
in quibus qui accusat litium studiosus uidetur · qualia sunt pau
ua · et in quibus venia dari solet ¶ at quomodo se habentes
iniuriantur · et quibus · et cur hec fere sunt ꝛc. · et quos

Capitulum 13m de iniuria iureq; factis

Sed iniuria iureq; facta omnia distinguamus hinc
primum incipientes ¶ Determinatur igitur iusta atq;
iniusta primum duabus legibus · deinde quibus fiunt
dupliciter ¶ legem autem dico alteram propriam esse · alteram
communem · et propriam quidem · que singulis inter seipsis deter
minata est · et hanc aliam scriptam · aliam non ¶ Commune
uero que secundum naturam est ¶ est enim quiddam natura iustum
et iniustum · quod omnes uaticinantur · etiam si nulla inter se
societas aut pactio sit ¶ Quale antigone apud sophodem dicere
uidetur cum iustum esse asserat · sepulture polinicem tradere ·
non enim inquit nunc aut nudius tertius uero semper id
uiget · nemoq; scit ex quo ita constitutum est ¶ et ut empodo
des dicit de non interficiendis animatis non enim id apud quos
dam iniustum · sed apud omnes inquit legittimum · ac per
ethera latum · terras q; iacentes constitutum est · et ut alcidamus
etiam in maseniaco dicit ¶ Quibus aut determinata dupli
citer determinata sunt · Nam aut ad communem societatem ·
aut ad unum societatis agenda aut non agenda spectant ·
¶ Idcirco dupliciter etiam iure atq; iniuria facere possumus ·
Nam aut unum ac certum aut ciuitatem ledimus · qui enim
adulteratur · aut hominem cedit · certum quendam ledit ·
qui uero militiam deserit · ciuitatem ¶ Cum igitur que
iniuste fiunt omnia · ita bipartito distribuantur · si prius
quid sit iniuriam pati repetierimus · cetera dicemus ¶ Iniuria

iustum · apud quosdam